MONUMENTA GERMANIAE.

C. 13. De Tercio Ludewico comite Thuringie[a] et facto lantgravio in Thuringia[b] per Lotharium imperatorem. (C. 18)

Ludewicus Tercius comes Thuringie, filius Ludewici secundi, duxit in uxorem filiam Lotharii ducis Saxonie,[1] imperatoris, successoris Heynrici regis, nomine Hedewigis[c]. Qui imperator videns Ludewicum generum suum esse militem strennuum et potentem in Thuringia et Hassia, de consilio principum ipsum cum vexillorum festive[c] exhibicione, ut moris est, imperatoria largicione[d] solempniter extulit, et cum magno preconio ei nomen principis imposuit et lantgravium Thuringie ipsum proclamari ab omnibus fecit. Hic Ludewicus[d] primus Thuringie princeps et lantgravius genuit Ludewicum primogenitum, qui sibi successit in principatu;[2] item Ludewicum[d] comitem, qui mortuo patre resedit in Tuffgisbrucken. Item genuit filiam[e] Ceciliam[f], que duxit ducem Bohemie;[3] item aliam filiam, Alheidis[e] nomine, que seculum deserens, cenobium sancti Nycolai[e'] intra muros Ysenach edificavit[f] et in eodem claustro, postquam pluribus[g] annis religiose vixit, abbatissa effecta est virginum,[h] anno Domini M°CLI.*|| Ante hoc tempus fundacionis obiit Ludewicus Thuringie lantgravius primus anno Domini M°CXLIX[4] et sepultus est in Reynhartsborn.** 1140.

L. cr. Erf. — ib.

a) Thuringorum A2a. thur. A1. B;
b) Thuringie lantgr. A2a.b
1) Hoc auctor falsissime commentus est.
c) hedewigg A1; Hedewig A2a.b
c) festiva A2a.
d) largicione A2a.
d) ludewicus A1a.
2) Iterum omisit auctor Heinricum Raspe filium in Libro cron. Erford. nominatum.
3) Nescio, unde hoc verum auctor didicerit. Certe non ex Cron. Reinhardsbr. p. p., ubi quatuor filie recensentur. Cf. N. Archiv XX, p. 401. (Udalricum.
e) filiam — aliam om. A2a.
f) celiam alio atram. corr. ceciliam A1; alheydis A1a;
e) alheid' A1. B; adelheid' A2a; Adelheidam A2b.
Monasterium sancti Nycolai in Ysenach. (aus A1a b. a. k.)
e'') alia manu post corr. sancte Katherine A1a.
f) quam A2b; plus quam B.
g) plurimis A2a.b
*) Munnote auf Anlage 23a.
h) De morte Ludewici lantgravii rubr. inserit h. l. A1a.
4) Immo iam a. 1140. lantgravius obiit.
3) Auctor legit in Libro cron. Erford. male MCXLIX pro MCLXIX, non videns id, quod ibi dictum est, anno sequenti lantgravium obiisse. Qui revera obiit a. 1172.
**) pridie Id. Januarii add. B ex Chron. Reinhardsbr. 1140.